Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



BOLE.

247

Leo rugiens & ursus esuriens princeps impius super pauperem. Dux indigens prudentia multos opprimit
Psalm. Qui autem odit auaritiam longi fient dies eius. Hominem qui calumpniatur animae sanguinis
Si usque ad lacum fugit nemo sustinet. Qui ambulat simpliciter saluus erit
qui pervius infidelitatis suis repente semel. Qui operatur terram suam saturabitur
panibus qui autem sectatur otium replebitur egestate. Vir fidelis multum
laudabitur qui autem festinat ditari non
erit innocens. Qui cognoscit iudicium
faciem non cognoscit. Iste & pro buccella
panis deserit veritatem. Vir qui festinat ditari & alius inuidet ignorat
quod egestas superueniat ei. Qui corripit
hominem gratiam postea inueniet
apud eum magis quam ille qui per
linguae blandimenta decipit. Qui
maledicit patri suo & matri & dicit hoc non est peccatum princeps
est homicidii. Qui se iactat & dilatat rixas suscitat qui autem sperat in domino
sanabitur. Qui effundit mendacium super amicum suum rete
tendit gressibus eius. Peccatum
in labiis insidiantis malo qui autem
custodit animam suam longe recedet ab eo. Homo
pauper & vir fraudulentus obuiauerunt
sibi. Lumen oculorum illuminator est dominus.
Rex qui iudicat in veritate pauperes
thronus eius in aeternum firmabitur.
Virga atque correptio tribuit sapientiam
puer autem qui dimittitur voluntati suae
confundit matrem suam. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur
scelera & videbunt ruinas eorum. Erudi filium tuum & refrigerabit te et dabit delicias animae tuae. Cum prophetia
deficient dissipabitur populus qui custodit
legem beatus est. Sunus uis non potest
corrigi verbis quia quod dicis intelligit et
non respondet. Numquid hominem
velocem ad loquendum videbis stultitia magis sperabitur est quam illius correctio.
Qui delicate a puericia nutrit suum
servum postea illum sentiet contumacem. Vir iracundus provocat rixas
& qui ad indignandum facilis est
erit ad peccandum. Superbum sequitur
humilitas & humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure participat odit animam suam audiuit execrationem
& non indicat. Qui timet hominem
cito corruet qui autem sperat in domino sublevabitur. Multi requirunt faciem principis & a domino iudicium egredi singulorum. Abhominantur iusti uirum
impium & abhominantur qui recti sunt